



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Flores Meditationvm

Bebius, Philippus

Coloniae Agripp., 1623

Medit. 19. De septem panibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59636)

4. Itaq; in lege noua nō tantum actus exter-
nus sed etiā interna affectio (deliberata) pec-
catum censetur. Vnde circa 5. præceptum dan-
tur à Domino 3. gradus. 1. est interior motio ad
laxionem proximi tendens. 2. signum leue ex-
ternum 3. verbum probrosum, quod lætio tan-
dem sequitur & omnes rei censentur. 1. con-
cilio. 2. iudicio. 3. gehenna.

5. Hac peccata leuia cēsentur apud homines,
sed non apud Deum, cuius iudicia distant, *ut Isai. 55.*
Cælum à terra.

6. Deus volebat in Sacrificijs externis legis,
reconciliationem præponi, multo magis hoc
agendum in S. Communionem, qua est vnionis
Sacramentum.



MEDITATIO XIX.

DE 7. PANIBVS.

PVNCTA MEDITATIONIS.

- I. Dixit IESVS miserior super turbam, *Marc. 8.*
quia triduo sustinent me; si dimisero
ieiunos, deficient in via.
- II. Benedicens 7. panes, & paucos pisces,
refecit in solitudine 4. millia hominū.
- III. Illis satiatis, mandat tolli fragmenta,
ne pereant, & impleuerunt 7. sportas.

FIGVRÆ.

ELIAS multiplicauit farinam viduæ, *vt 3. Reg. 17*
afficeret ipsi, ac familie, tēpore fam. s.
Elisē⁹ satiavit 100. homines 12. panibus. *4. Reg. 4*

PROPHETIÆ.

Pf. 110. 5 **E**scam dedit timentibus se.
Psal. 36. **E** In diebus famis saturabuntur.

DOCUMENTA.

1. **C**HRISTVS vtitur consilio discipulorum (quærens quid in præsentî necessitate agendum) vt discamus etiam aliorum cõfiliã audire quia Deus dat sapienciã humilibus.
2. Christum hoc loco sequebatur, non multi potentes diuites. &c. sed simplicium turba, idq; tâto affectu, vt cibi ac potus immemores, per 3. dies sequeretur, vt dicitur. 1. cum Christo, laborare in instructione populi simplicis, doctrina pueris tradenda. 2. cum turba, magis anhelare ad cibum animæ quam corporis. 3. sine quo, in via spiritali paulatim deficiet.
3. Christus maximam habet suorum curam & eis suo tẽpore succurrit. Nam hic aduertit. 1. multos è longinquo venire. 2. iam per triduum sequi. 3. eos esse in loco deserto, vt comode aliunde habere non possint. 4. quosdam ita esse fatigatos, vt periculum sit, ne in via deficiant. Hinc eis succurrit.
4. Desertum hoc, seu solitudo, mundus præfens est, in quo tantum sunt vanitates. non solidus cibus animæ, nisi à Deo subministretur, qui nobis dat verbum suum, in sacris litteris, Euangelijs, concionibus: seipsum tanquam animæ cibus in S. Eucharistia. 7. dona spiritus sancti & consolations internas, itemque vitas atq; exempla Sanctorum, quibus in via virtutis, reficimur ac sustentamur, ne deficiamus.
5. Deus per Apostolos, hunc cibum turbae distribuit, tum vt cibum spiritualem concionum, Sacra-

Sacramentorum &c. ab ijs accipias, qui ad hoc à Deo ordinati sunt; tum vt à superioribus (si religiosus es) te regi ac gubernari permittas, atque ex eorum manu seu ordinatione omnia accipias, tanquam si à Deo singulariter (vti vere fit) te per eos gubernante immitterentur. Itaque totam tui, curam, Deo & illis committas.

6. Christus erga suos valde liberalis est, vt eos, si non pretiosis & exquisitis, saltem ita satiet, vt illis supersit: quod maximè in spiritualibus obseruat.

7. Reliquiæ colligendæ sunt non tantum in corporali cibo (ne quid pereat quod pauperibus vsui esse posset) sed etiam in spiritali, vt si quid tibi supersit, cum alijs libenter communices, pijs colloquijs, ope, opera.

8. Liberalitas pro Deo impensa, non est bonorum dispendium; sed Deus, (præter mercedem æternam, quam in celo dabit) sæpe tribuit externa bona, si nobis expediat. Sicut hic ex 7. panibus, habent 7. sportas fragmentorum.



MEDITATIO XX.

DE FALSIS PRO-

PHETIS.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. Attendite à falsis Prophetis. Veniunt *Matt. 7.*
ad vos in vestimentis ovium; intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

X 4

II. A fru-